



Per.
Lat
020

LATIN NYELVŰ LAP A TANULÓ IFJÚSÁG SZÁMÁRA

Prodit Budapestini, I. Verpeléti-út 22. decies in anno.
Pretium prae solvendi annum 4 pengő 80 fillér.


Megjelenik Budapesten, I. Verpeléti-út 22. tiszser egy
évben. Előfizetési ára évi 4 pengő 80 fillér.

Ernestus Fináczy septuagenarius.¹


Exeunte anno scholastico superiore² Ernestus Fináczy professor publicus ordinarius paedagogiae in universitate scientiarum Petri Pasmani Budapestina septuagesimum aetatis annum expleverat. Qua occasione ducti sodales Societatis Paedagogorum Hungarorum in honorem clarissimi ac doctissimi viri diem festum instaurarunt, imaginem eius artificiose depingendum curaverunt, iubilantemque in publico conventu magno cum applausu salutaverunt atque votis prosecuti sunt³. Tantā enim industriā⁴ in educatione publica per decem fere lustra⁵ versatus est⁴ tantumque ingenii in scientia⁶ litterarum⁶ praestitit, ut omnium consensu iure princeps⁷ paedagogorum habeatur.

Longum est enumerare omnes res gestas,⁸ quibus et in scholis mediis,⁹ et in administranda¹⁰ re¹⁰ literaria,¹⁰ et in universitate eminuerat. Id certe constat nullam paene exstitisse¹¹ quaestio nem, quae ad educandam ac instituendam iuventutem pertineret, quam ille summa cum diligentia non perversi gaverit¹² et ad finem perduxerit.¹³

Maximam laudem¹⁴ tamen iis operibus meruit,¹⁴ quae ad historiam paedagogiae spectant.¹⁵ In his enumerandi sunt duo libri, quibus histo-



¹ hetven éves ² fentebbi,
mult ³ jókívánatokkal kísér-
ték, elhalmozták ⁴ tevékenységet fejtett ki ⁵ egy
lustrum = 5 év ⁶ tudományos irodalom ⁷ vezér ⁸ tény-
kedésein ⁹ a középiskolákban ¹⁰ tanügyi közigazga-
tában ¹¹ merült fel ¹² kutat, tanulmányoz ¹³ végére
jár, megold ¹⁴ elismerést aratott ¹⁵ vonatkoznak.



ria¹⁶ rei litterariae¹⁶ regni Hungariae Maria Theresia regnante constitutae¹⁶ continetur,¹⁷ item liber, quo historia mediarum scholarum Hungariae delineatur.¹⁸ Publici iuris fecit¹⁹ deinde adhuc quattuor libros, in quibus singulis²⁰ educationis aevi antiquioris,²¹ mox aevi mediis,²² tum renascientium litterarum,²³ denique recentioris²⁴ aetatis²⁴ historiam exaraverat.²⁵

Excellit autem Ernestus Finácy non solum cultu²⁶ ac humanitate²⁶ summaque eruditione,²⁷ sed etiam morum²⁷ integritate²⁸ et veritatis amore ita, ut virtutes eius merito ob oculos iuventutis studiosae pro exemplo ponendae sint. Cum vero ex omni vitae eius labore²⁹ ipsa³⁰ iuventus Hungara amplissimum fructum sit consecuta, dignum et iustum est in his paginis quoque mentionem fieri clarissimi ac doctissimi viri. Qua re «Iuventus» nostra ex imo pectore omnia fausta bonaque ei a Deo



Napoleon cum Aegyptum proficiisci pararet, viros quoque doctos, — sodales¹ litterarum¹ Academiae¹ Francogallicaè¹ — qui litteras hieroglyphicas explicarent,² elegit. Docti viri omnes labores libentissime perferebant, sed pedibus³ ipsos³ deficientibus³ cursum⁴ aequare⁴ non poterant. Itaque, ne agmen morarentur,⁵ asinos conscendebant eisque vecti sequebantur milites. Agmen lente procedebat, cum repente praemissi exploratores inimicos Arabes appropinquare nuntiaverunt. Milites praefecti⁶ ad certamen se comparare iusserunt, quidam autem centurio, non immemor doctorum, subito exclamavit: «Asinos in medium!» (Nempe animalia iussit centurio in medium conferri, quibus illi vehebantur!) Viri docti militibus circumsaepi⁷ incolumes tela hostium evaserunt.⁸

Hostibus feliciter repulsi⁹ Napoleon cum

omnipotenti expedit grato animo orans:
Ad multos annos! Aladarus Friml dr.

¹⁶ oktatásügy megszervezésének történetét ¹⁷ tartalmazza ¹⁸ vázolja ¹⁹ közzé tette ²⁰ egyenként ²¹ ókori ²² középkori ²³ renaissancekorai ²⁴ újkori ²⁵ kidolgozta, megírta ²⁶ finom műveltségével ²⁷ tudományosságával ²⁸ feddhetetlen jellemével ²⁹ munkásságából ³⁰ éppen.

Sulla.

Inter dictatores Romanos longe eminent Lucius Cornelius Sulla (138—78 a. Chr. n.) sive inhumanam crudelitatem, sive potestatis exercendae modum in eo inspicias. Adolescens vitam variis inquinatam vitiis vivebat. Eiusdem tamen mox etiam virtus enuit. Anno CVII. quaestor consulis Marii bello Iugurthino Bocchum, Mauretaniae regem impulit, ut Iugurtham Romanis traderet. Postea consul ipse factus mandatum belli Mithridati inferendi accepit.

Mithridates, Ponticus rex, vir belli studiis

rem comperiret, vix tenere¹⁰ risum potuit. Nec postea, cum iam in patriam revertisset, oblitus est imperator sodalium «immortalium» Academiae asinorumque, qui in Aegypto una cum asinis nominati atque servati erant.

*

Homo nequam quandam cubiculum Aesopi intravit. Poeta in cogitatione defixus hominem non animadvertis. Hic paulum exspectabat, mox abiit et aliquot horis post revertit. Cum autem poetam iterum libris circumdatum meditantemque¹¹ secum¹¹ videret, interrogavit eum, qui posset solus vivere? Aesopus indignabundus: «Non sum solus, — inquit — si mihi occasio datur, ut aliquid scribam aut legam. Tute mihi tuis nugis¹² hanc occasionem discendi perturbasti, nunc igitur recte solum me esse sentio.»

(Emericus Zaitschek.)

¹ a francia Tudományos Akadémia tagjai ² megfejt ³ mert lábaik cserben hagyták ⁴ együtt halad ⁵ késleltet ⁶ tiszta ⁷ körülvéve ⁸ kikerül ⁹ visszaver ¹⁰ visszatart ¹¹ elmélkedik ¹² üres beszéd.

Desines timere, si sperare desieris.

(Sen. Ep. 5, 7.)

acerrimus, infando in Romanos odio inflamatus occupata Asiā omnes cives Romanos eadem die eademque horā necari iussit. (Fuerunt autem supra octoginta milia Romanorum, qui negotiandi¹ causa dispersi² erant in Asia.) Deinde exercitus in Europam misit. Provinciarum incolae duces eius ubique tamquam liberatores salutaverunt: non solum se³ Macedones, sed etiam Athenienses ad Mithridatē contulerunt.³ Quo in périculo maximo Sulla duces illius duobus proeliis in Graecia oppressit, deinde cum exercitu in Asiam ingressus Mithridatē ipsum in⁴ fugam⁴ convertit.

Interim Romae motus⁵ adversus Sullam optimatesque maximi exorti sunt. Propter motus urbanos Sulla cum victore exercitu in Italiam rediit et legiones, — quod nemo ante eum Romanorum facere ausus est — primus adversus Romam duxit. Nihil autem eā victoriā fuit crudelius. Sulla dictator creatus etiam eos, qui se ultro dediderant, interfici iussit. Per urbem passim tot corpora inanima humum premebant, ut quidam Fufidius Sullam admoneret, *parceret nonnullis, ut essent, quibus imperaret.* Novo et inaudito exemplo tabulam proscriptionis proposuit, in qua nomina eorum, qui occidendi essent, inscribebantur. Permūltis Romanis hoc modo interemptis Q. Lutatius Catulus in senatu cum Sullam adiret precibus, ut morti destinatorum⁶ nomina senatoribus enuntiaret, ne omnes metum mortis sentirent, Sulla leniter arridens Lutatio Catulo satisfecit et postridie LXXX nomina in tabula inscribi iussit, sed quam primam in dies novae inscriptiones sunt secutae. Si quis mortem sui "inimici optavit, ius a libertinis⁷ Sulla auro vel argento emere poterat, ut nomen inimici in libellum⁸ referretur.

Civis quidam innoxius, cui fundus⁹ in agro Albano erat, cum in foro deambulans¹⁰ suum nomen inter proscriptos legeret: *Vae, inquit, mihi misero! Me fundus Albanus perdidit!* Vix progressus a quodam, qui eum agnoverat, confossus est.¹¹ Horret animus eorum numerum, qui per proscriptiones perierunt, exponere. Negari non potest urbem Romam totamque Italiam tunc temporis civilis sanguinis fluminibus inundasse.¹² Ini-

micis extirpatis Sulla Felicem se nominavit et concessit, ut equestris sibi statua in foro aurata poneretur. Sed paucis annis post ingenti civium laetitia summam potestatem sua sponte depositus, cuius forte taedere iam coepit. Satellitibus¹³ dimissis plebem provocavit¹⁴ essetne civis, qui eum accusare auderet. Unus tamen adulescens repertus est, qui recedentem usque ad fores domus maledictis ac conviciis¹⁵ incessere¹⁶ non reformidaret.¹⁷ Atque Sulla mirum in modum patienti animo unius adulescentuli contumelias¹⁸ tulit, hoc tantum in limine¹⁹ ipso dicens: Per hunc adulescentem fiet, quo minus tale imperium posthac ab aliquo deponatur.

Sulla non solum in vivos saeviit, sed ne mortuis quidem pepercit: nam Marii corpus humo erutum inquinari²⁰ et postea cineres viri clarissimi in flumen Anienem proiici iussit.

Exercitibus innixus Sulla effecit, ut voluntas eius vim legis haberet. Primus ille Romae monarcha fuit. Inscriptio in nummis²¹ eius haec erat: Sulla, Imperator, Felix. Funeri eius iusta a populo facta sunt, quasi rex fuisse permultisque coronis aureis corpus oneratum elatum²² est.

Sebastianus A. Módly.

1 kereskedést 2 elszórtan, elszéledve él 3 csatlakozik 4 megfutamít 5 megmozdulás, lázadás 6 kiszemel 7 szabados 8 jegyzék 9 földbirtok 10 sétál 11 leszűr 12 megárad 13 csatlós 14 felhív 15 szidalmaszás 16 nekitámad 17 visszariad 18 sértegetés 19 küszöb 20 beszennyez 21 pénz 22 eltemet.


EXEMPLA CLARORUM VIRORUM

Theutras, Mysorum rex, venatum ascendit in montem Thrasyllum. Immanem aprum excitavit et cum comitibus acriter eum insecurus est. Aper supplex in templum Dianae Orrhosiae confugit. Quo cum homines irrumpe conarentur, aper humana voce exclamavit: «Parce, o rex, alumno deae!» Sed Theutras animal interfecit. Quare Diana caedis auctori impetiginem¹ et adeo acerbum fuorem immisit, ut rex ab hominum coetu disiunctus in solitudine degeret. Nec prius ei sana mens restituta est, quam mater eius Lysippe Diana aprum aureum humana facie dedicavit. (Plinius.)

¹ rühösség.

De Orpheo.

Quis non audivit nomen vatis clarissimi, Orphei? Iuvenis in matrimonium duxit Eurydicem. Sed illa vixdum nuptiis cum Orpho factis viperae in herba delitescentis¹ morsu² interiit. Vates coniugis desiderio³ impulsus⁴ ad inferos descendit, ut eam inde ad vivos reduceret. Atque cantus⁵ dulcedine⁶ Ditem⁶ et ipsa inferorum monstra⁷ adeo permulxit,⁸ ut illi Eurydicem redderent abducendam, hac tamen lege, ne eam intuenteret,⁹ donec ad superos,¹⁰ in vivorum regionem redisset. Neque iam longe a terrarum margine¹¹ aberant, cum Orpheus metuens, ne Eurydice viae¹² difficultatibus¹² fatigata¹³ deficeret,¹⁴ semel ad eam respexit. Tum illa in perpetuum



ad inferos retracta est.¹⁵

Orpheus tristis in montibus vagabatur¹⁶ et, ut de luctu¹⁷ coniugis amissae sese consolaretur,¹⁷ carmina ad citharam cantabat tam dulcia, ut etiam bestiae et arbores e silvis ad ea audienda accederent.

Interea vates conspicitur a turba mulierum, quae iratae propter repudiatam¹⁸ pulchritudinem generis sui eum dilaniant.¹⁹ Ita dulcisonus²⁰ iterum ad inferos descendit, ubi coniugem amissam recipit.

E. M.

¹ rejtőző ² harapás
³ vagy ⁴ ösztönöz ⁵ bájos
ének ⁶ az alvilág ura
⁷ szörnyeteg ⁸ megszeli-
dít ⁹ megnéz ¹⁰ felvilág
¹¹ széle vminek ¹² az út
fáradalmal ¹³ elcsigáz ¹⁴ kidől, elernyed ¹⁵ vissza-
visz ¹⁶ kóborol ¹⁷ gyászabán vigasztalódjék
¹⁸ megvet ¹⁹ szétmarcangol ²⁰ édeshangú, t. i.
Orpheus.

Claudii.

Ab fabulam *Ernesti Eckstein* latine scripsit
Valentinus Fehér.

III. In carcere.

Christiani in carcerem, qui erat sub Capitolo, ducti sunt. Carceri nomen erat Tulliano.

Quintus solus in unam cellam inclusus est. Carcerarius¹ in fictili² cibis positis ianuam crassam ferratamque occlusit. Quintus quasi deperditus³ in cubile lapideum corruit. Cum aér carceris frigidus et madidus⁴ esset, paenulam superius duxit et in novo habitaculo circumspexit.

Pavidus manu catenas⁵ attingit, quae ubi concrepuerunt,⁶ gelidus horror tergum percurrit. Tum subsiluit et celeriter in angusta cella deambulare coepit. Postquam defatigatus est, decubuit, ut somno se reficeret.⁷

Cum altero die experrectus esset, in cella erat lumen obscurum atque incertum. Pessulis iantiae retrusis carcerarius aquam in amphora attulit.

- Quota hora est? — interrogat Quintus.
- Secunda post solem ortum.
- Scin, quis ego sim?
- Non; raro in publicum⁸ prodeo. Sed honestiore loco te natum esse video.
- Ego sum Q. Claudius, pontificis maximus filius.
- Nugas agis⁹ — respondet carcerarius. — Etenim cum Nasarenis in latomiis deprehensus es.¹⁰
- Recte putas.¹¹

¹ börtönőr ² agyagedény ³ megsemmisülten
⁴ nedves ⁵ bilincs ⁶ megcsörren ⁷ felüdül ⁸ utcára
⁹ ostobáság ¹⁰ ott talál ¹¹ igazad van.

— Itaque fieri non potest, ut sis Quintus, pontificis filius.

Vix ea verba fecerat, cum ante ianuam sonitus graduum auditur. Carcerarius evolat. Ianuā patefactā T. Claudius ingreditur.

— Hicinē¹² ergo — inquit pontifex — hicinē mihi tecum est congregendum ?¹³

— Mi pater! — balbutit¹⁴ Quintus.

— Quinte, verone¹⁵ tu nocte cum Nasare-nis in lapicidina¹⁶ fuisti?

— Vero, mi parer.

— Quid inter pacis turbatores negotii habuisti?

— Pacem et animi mei salutem quae-sivi.

— Verone igitur Christianus es?

— Vero.

— Vultus T. Claudii fit pallidus.

— Te miserum! — clamat perterritus. — Actum est¹⁷ de te! Mors Nasarenos manet.

— Scio.

— Scis? et tamen legem obteris¹⁸ et calcas?¹⁹

— Lex inest in meo pectore maior.

— Nulla maior est lex, quam officium. Tu Romanus es, filius meus es. Mentene¹⁹ cap-tus es?²⁰ Qua²⁰ Ronianus, exsurrexisti²¹ contra patriam, qua filius, animum patris lacerasti.²² Quae te mala crux agitat?²³ In conventum servorum vilium, vespillonum,²⁴ miserae plebeculae descendisti.

— In itinere lux et veritas me ducit — respondet Quintus. — Erras, mi pater, si Nasarenos contemnendam esse plebeclam arbitraris. Mi pater, nos sensum²⁵ mutue²⁵ non intelligimus. Per omnia sacra...

— Verbum²⁶ unum²⁶ ne faxis²⁸ cave!²⁶ — interfatur pontifex. — Quidnam enim mihi dicere poteris? Iam in quaestione patefiet, a quo sis irretitus.²⁷ Fateri debebis te in er-rorem inductum esse. In annum relegabere,²⁸ deinde gratiam tibi a Caesare impetrabo. Iam omnia curavi. Cras fiet caerimonia sol-lemnis; ad id tempus eris apud me data²⁹ fide²⁹ captivus. Eamus, relinquamus hunc locum indignum.

— Facere non licet, mi pater — ait Quintus firmiter.³⁰ — Dii vestri sunt a me alieni. Testor Deum me pro te, pro honore familiae sanguinem ad unam guttam³¹ profundere

paratum esse, at quod petis, mihi facere non licet.

— Facere debes. Per deōs, facere debes. Heus puer, ne delires.³²

— Non licet — singultat³³ Quintus.

Tum pontifex Iovis maximus, Titus Clau-dius, vir superbus atque invictus ad pedes filii procumbit, genua circumplexens capite pavimentum³⁴ frigidum attingit, flet, obsecrat, obtestatur,³⁵ ne se faceret miserrimum.

— Mi pater — exclamat Quintus — quid me fecisti? Vae mihi! Heu me monstrum!³⁶ Redi ad te, pater. O mi Deus! Sequar te, pater. Tuus sum; abiicio salutem animae meae.

T. Claudius surgit et filium amplectitur.

¹² hát itt? ¹³ találkozik ¹⁴ dadog ¹⁵ igaz-e ¹⁶ kőbánya
¹⁷ véged van ¹⁸ lábbal tapod ¹⁹ elment az eszed ²⁰ mint
²¹ fellázad ²² széttép ²³ micsoda goposz szellem szállt
meg? ²⁴ hullahordozó ²⁵ egymás gondolkodását
²⁶ egy szót se szólj ²⁷ behálóz ²⁸ számkivet ²⁹ be-
csületszóra ³⁰ határozottan ³¹ csepp ³² ne öröngj
³³ zokog ³⁴ padló, kövezet ³⁵ kérlel ³⁶ szörnyeteg.



Quadrigeni anni praeterierunt, ex quo *gymnasium*¹ *Helveticae*¹ *confessionis*¹ in urbe Mezötur inaugurate² est. Cuius rei memoriae³ repetenda³ causa die 21. Septembris maxima multitudo ex omnibus regni partibus convenerunt.

Desiderius Baltazár episcopus in oratione sollempni praeter cetera haec dixit: «Schola Calviniorum in urbe Mezötur vivo saxo: iustitiae Christi imposita⁴ est... Mare sanguinis immensum fluctusque⁵ lacrima-rum⁵ sine fine⁵ agros urbis irrigabant⁶ fe-cundosque⁷ eos reddiderunt.⁷ Tot rerum⁸ discrimina⁸ per quadrigenitos annos demon-strant, quot procellae⁹ exitio⁹ imminentes⁹

¹ református gimnázium ² felavat ³ emlékét fel-frissítí ⁴ épült ⁵ végnélküli könnyáradat ⁶ öntöz ⁷ megtermékenyít ⁸ viszontagság ⁹ vésszel fenye-gető viharok.



quantaque eluvies¹⁰ sanguinis,¹⁰ improbitate¹¹ humana¹¹ suscitata¹¹ hic irritae¹² ceciderint»¹²...

Sacris in templo finitis inter alios *Ludovicus Ady*, rector¹³ districtus literarii Debrecinensis superior¹³ grata¹⁴ memoria¹⁴ prosecutus¹⁴ est maiores, rectores magistrosque scholae, iam dudum mortuos.

Post meridiem in scholae porticu lapis,¹⁵ memoriae discipulorum magistrorumque in bello magno emortuorum inscriptus¹⁵ revealatus¹⁶ est, vespere autem sepultra magistrorum in coemeterio¹⁷ sertis¹⁸ redempta¹⁸ sunt.

*

Historiam scholae *Aladarus Mikó*, magister gymnasii Mezőturensis hisce adumbrat:

«Post pugnam exitialem¹⁹ apud *Mohács*, maiores nostri videntes depravationem²⁰ morum²⁰ universalem perscrutantesque²¹ causas malorum, omnes defectionem²² fidei²² putabant esse malum summum. Alii studiosius²³ religioni Catholicae, alii vero Helveticae sese²⁴ addicebant.²⁴ Cives oppidi Mezőtur eo tempore catervatim religioni Helveticae se adiunixerunt. Praedicatores eorum: *Lucas Szabó de Thur et Iacobus Sánta de Thur* simul fundatores erant scholae Mezőturensis. Rectorum posteriorum nobilissimi: *Martinus Sánta de Kálmánsek, Stephanus Kiss de Szeged, Paulus Thuri, Thomas Félegyházi et Paulus Csehi* erant. Multa tulit schola propter depo-

pulationes Turcorum una cum incolis. Incolae oppidi anno 1692. Turcos fugere coacti in deserto prope Várkony et Tószeg, postea anno 1705. a Rascianis* pulsi in desertis Akolhát, Vézekény, Atány et Hanyi degentes ubique secum ducebant non solum praedicatores suos, sed etiam rectores praeceptoresque scholae, qui sub²⁵ di-vo²⁵ verbum Dei prae-dicabant adulescentesque eruditabant. Domi-natus,²⁶ qui dicitur «absolutus»²⁶ anno 1885. scholam iam florentem claudi iussit, sed tribus annis post magister *Alexander Kiss de Bárán* iterum eam ad²⁷ vitam²⁷ revocavit.²⁷ Scholae, quae²⁸ nunc est,²⁸ fundamenta cives anno 1888. pretiis²⁹ ac muneribus²⁹ suis²⁹ iecerunt. Gymnasio separatum quoque aedi-ficium adiunctum est, ubi discipuli diligenter curantur, educantur atque aluntur. Numerus eorum hoc anno 128 est. Examen primum maturitatis anno 1895. habitum est. Scholam hoc anno 360 discipuli frequentant.»

10 vörözön 11 amelyeket emberi gonoszság támasztott 12 megsemmisül 13 debreceni tankerületi föigazgató 14 hálával emlékezni meg valakiről 15 emlékkő 16 leleplez 17 temető 18 megkoszorúz 19 vészes 20 erkölcsi romlottság 21 kutat 22 hitben való megfogyatkozás 23 buzgó 24 átadja magát * rácok 25 a szabad ég alatt 26 «absolut» uralom 27 életre kelt 28 a mai iskolának 29 saját költségükön.


«Si scires totam biblam exterius et omnium philosophorum dicta, quid totum prodesset sine caritate Dei et gratia? Vanitas vanitatum et omnia vanitas praeter amare Deum et illi soli servire. Ista est summa sapientia, per contemptum mundi tendere ad regna caelestia.»

(Thomas a Kempis 1380—1471.)

Adversarum rerum impetus viri fortis non vertit¹ animum.

Humilis² et inertis³ est tuta vectari:⁴ per alta virtus it.

¹ megingat ² gyenge ³ gyáva ⁴ haladni.



Iocosa.

Divisor¹ astutus².

Factio³ quaedam magnam vim pecuniae inter rusticos divisit, ut in gratiam⁴ eorum veniret⁴...

Quo auditio princeps factionis adversariae astutissimum divisorem ad eosdem rusticos misit, ut ambitum⁵ alterius factionis destrueret⁶ et rusticos suaee factioni reconciliaret⁷.

Causa perardua esse videbatur. At divisor vir erat facilis⁸ et expeditus⁸ ad rem perficiendam : populum convocabat et rusticos interrogavit, quantum pecuniae viritim⁹ accipisset. Qui cum se quinas coronas accipisse confiterentur, contemptim¹⁰ subridebat et «Re vera — inquit — maxima contumelia¹¹ vobis ab eis illata est. An sperabant adversarii mei fore, ut vos tam parva pecunia corrumperent?... Sed quanta iniuria ignominiaque¹¹ illi vos affecerunt,¹² tantum honorem¹³ ego vobis tribuo:¹³ date mihi pecuniam istam contumeliosam et ego statim alterum tantum¹⁴ vobis dabo!»

Hac arte astutus effecit, ut — quamquam nihilo plus ipse dedit, quam altera factio, — rustici viritim denas coronas acciperent et ad¹⁵ unum¹⁵ omnes¹⁵ reconciliarentur.


«Propter hoc ipsum!»

Vir levis¹⁶ a quodam pecuniam¹⁷ mutuam¹⁷ rogavit¹⁷. Is re improvisa turbatus : «Tune pecuniam vis a me mutuam, qui te plane ignoror?»

Cui ille : «Propter¹⁸ hoc¹⁸ ipsum,¹⁸ inquit, rogo abs te; quibus enim ego notus sum, nullam iam mihi pecuniam dant mutuam!»

Alexius Czuppon.

¹ kortes ² fortélyos ³ párt ⁴ kegyét megnyeri
⁵ vesztegetés, ⁶ korteskedés ⁷ leront, ellensúlyoz
⁸ visszanyer ⁹ gyakorlott, ügyes ¹⁰ fejenként ¹¹ megvetőleg ¹² gyalázat ¹³ illet ¹⁴ még egyszer annyit ¹⁵ egytől-egyig ¹⁶ könnyelmű
¹⁷ pénzt kér kölcsön ¹⁸ éppen azért.



Series directae:

1. et sanguinem
6. aestate naso nostro incommoda
9. cognomen Ovidii
10. quod artifex perficit
12. coniunctio adversativa
14. verbum negandi
15. ex Arabia portatur
16. et tu fili
17. quot capita sententiae
19. forma verbi: sum
21. coniunctio adversativa
22. ignis facit, 1. persona
23. in proficiscendo facis, littera ultima reduplicta
25. in templo est
26. de quo Newton disseruit
28. solis
30. adverbium numerale
31. Hungarice: nosza, rajta
32. qui non est mortuus,
35. quo tandem
39. forma verbi: sum
40. qui patrem matremque amisit
43. vide 37. libr. relicta una littera
44. nisi ambulo, iaceo vel sedeo, tum

45. par verbo : inquit
 46. sine et studio
 47. forma pronominis : tu
 48. membrum corporis vel versus, litteris
 conversis
 50. missa finita auditur
 52. vide : 12.
 53. in circu erat
 54. ex qua tabulae puerorum Romanorum
 fabricatae erant
 55. plus, quam : fortis
 56. pars amphitheatri.

Series libratae:

2. praepositio
 3. piscis facit, litteris conversis
 4. vide 9. dir. relictia prima littera
 6. pars machinarum novarum
 7. animal domesticum
 8. quo Aeneas profugus erat, nominativus
 11. rex Phrygiae, de quo apud Ovidium le-
 gimus
 13. inde pater Aeneas
 16. Romani aqua mixta biberunt, relictia ult.
 litt.
 18. vide : 17. dir.
 20. pars anni, litteris conversis
 21. sapienti
 23. forma frequentativa verbi: viso, relictia
 prim. litt.
 24. in quo cadavera cremabantur
 27. verbum interrogandi
 29. publica
 32. dea Romanorum
 33. pronomen demonstrativum
 34. vide : 27.
 36. pronomen relativum
 37. pronomen interrogativum, fem. generis
 38. Musa
 41. quale est flumen imbribus auctum
 42. oppidum Africæ, unde cognomen Ca-
 tonis
 48. = 21. dir.
 49. vide: dir. 53, relictia prima littera
 51. adverbium numerale
 53. bos mugiens facit.

Paulus Farkas.

Epigrammata tristieha aenigmatica:

I.

*Longa, sed exilis,¹ tenui producta² metallo,
 Mollia duco³ levi comitantia vincula ferro:
 Et faciem laesis⁴ et nexus⁵ reddo⁶ solutis.⁵*

II.

*Mucro⁶ mihi geminus ferro coniungitur unco.
 Cum vento luctor, cum gurgite pugno profundo.
 Scrutor⁷ aquas medias: ipsas quoque mordeo terras.*

¹ vékony ² a. m. prolongata : megnyújtott, hosszúra
 vert ³ azaz : duco mollia fila, quae comitantur leve
 ferrum. ⁴ megsérült ⁵ vagyis: consuo, quae separata
 erant. ⁶ éle vminek ⁷ a víz mélyét kémlelem.

**Inter eos, qui aenigmata recte dissol-
 verint, libros pulchros sorte legemus.**

Solutiones aenigmatum numeri I.

I. dono, urbs, liber, cupidus, et, epulæ, timeo,
 dolus, erro, collum, obscurus, rogat, uro, metuo,
 ensis, sidus, totus, premo, rapit, odium, pondo,
 amnis, tenet, refert, indiget, abundare, moderatur,
 orbus, ritu, ignarus. — Proverbium: *Dulce et
 decorum est pro patria mori.*

II. Pater, termes, messor, sorsum, summa,
 mater, terra, rapa.

III. Dux atque imperator vitae mortalium
 animus est.

Aenigmata Numeri I. recte dissolverunt:
 Lad. Pichler, Norb. Karg, Jul. Wattamány (*Sopina-
 nenses*); Zolt. Gáspár, Nic. Rosenberg (*Keszthelyen-
 ses*); Steph. Wohryzka, Iul. Bobojszov (*Budapesti-
 nenses*); Lor. Czillinger (*Rákospalota*).

Praemium Stephano Wohryzka sorte obvenit.



*Julius Bobojszov, Ladislaus Pichler, Andreas
 Dobray: Maxime probo laudoque diligentiam
 vestram. Occasione oblata omnia edentur. Eme-
 ricus Zaitchek: Partetuorum, ut vides, usus sum.
 Cetera quoque seposui et spero fore, ut data
 occasione iis uti possim. Julius Wattamány:
 Aenigma tuum prodibit, item «Salse dictum.»*

Moderator ephemeridis: EUGENIUS FRAY DR.

*Budapest, I., Verpeléti-út 22.,
 ad quem epistulae et manuscripta mittantur.
 Administratio ibidem.*

*Sumptibus Societatis Magistrorum Intermedi-
 scholarium Catholicorum. — A Katholikus
 Középiskolai Tanáregyesület költségén.
 (Praeses: STEPHANUS ACSAY DR., elnök.)*